

AMOR  
FILIORUM  
ERGA  
PARENTES  
*IN SCENAM DATUS*

A

RUDIMENTIS  
LUCERNENSIBUS

MENSE MAJO  
Anno M. DCC. LV.



LUCERNÆ,

[Typis Henrici Ignatij Nicomedis Hautt,

# Argumentum.



Illiorum in Parentes Amoris prodigium, quod damus, olim obstupuit Meacum Nobilissima Japoniæ Civitas in Triade Fratrum, quos genere nobiles, ætate adolescentulos in Theatrum producimur. Hi ob acerrimam, quæ tunc temporis in Christiadum nomen sæviebat, persecutionem ad incitas redacti consilia inière, quo pacto extremæ Matris paupertati subsidio venire possent. Occurrit tandem uni eorum ( Michaëlem dicimus ) decretam pridem ab Imperatore non levem pecuniæ vim ei, qui manticularium ( furem Japonibus maximè invisum ) deprehensum ad Judicem deferret. Hanc pecuniam ut pro Matris sustentatione obtinerent fratres, tam callidè novit Michaël eos ad suam sententiam perducere, ut ipsum, criminis hujus reum dixerint. Verùm Judex re sibi suspecta facilè in eam opinionem discessit, tam ingenuam, qualis nempe ex Michaëlis vultu emicuit, indolem tanti sceleris neutiquam esse capacem. Explorata igitur Michaëlis Innocentiâ Dayfusamam Imperatorem per id temporis Meacum invisentem hac de re certiore facit. Imperator tam insolitam in Parentem pietatem obstupescens, summisque extollens laudibus quot annis & Matrem & filios multo auro donari jussit. Ita P. Cornel. Hazard S. J. in Hist. Eccles.

*Scena figitur Meaci in domo paterna Michaëlis.*

*Scena*

SCENA I.

Dolor Didaci & Mathiæ,

SCENA II.

Quo in Michaëlem exacerbantur,

SCENA III.

Novo nuntio,

SCENA IV.

Gravique periculo multum augetur.

SCENA V.

Unde tamen Michaël suo in proposito confirmatus,

SCENA VI.

Ea, quæ fratribus Matris amore persuasit,

SCENA VII.

Urgere ipſus ſtatuit.

MUSIC A.

Jupiter adoleſcens ab Amalthea enutritus  
ſingularem in modum ſe illi gratum ex-  
hibet.

SCENA VIII.

At dum voti ſe damnatum gaudet,

SCENA IX.

Alia iterum fratres ſentire videntur,

SCENA X.

Queis magno animo ſe opponens,

SCENA XI.

Dum minimè ſperatur,

SCENA XII.

Inſigne edit ſuæ in Matrem charitatis ſpecimen  
& ſibi & fratribus perquam jucundum.

Sylla-

# Syllabus Personarum.

Prænob. Joannes Martinus Segeffer à Brunegg. <i>Michaël.</i>	} Fratres Germani.
Prænob. Josephus Antonius Balthasar. <i>Mathias.</i>	
Prænob. Franciscus Aloysius Acherman, <i>Didacus.</i>	
Jodocus Leontius Pfister. } <i>Fernandus.</i>	} Adolescentes Hispani, Nobilis Mercatoris filij.
Jacobus Leontius Stalder. } <i>Jacobus.</i>	
Conradus Joannes Michael Scherer. } <i>Macaximus.</i>	} Ethnici.
Balthaf. Joseph. Amrhein, <i>Icondonus.</i>	
Joannes Balthaf. Schiffmann.	} Cursores.
Carolus Bonifacius Truttmann.	
Franciscus Aloysius Zürcher.	
Xaverius Ægidius Haas.	

## Personæ Musicæ.

Joannes Josephus Forster. Synt. Maj. <i>Jupiter.</i>	
Franciscus Placidus Forster. ex Schola S. Leodega <i>Mercurius.</i>	
Leontius Acklin. } Joseph. Petrus Pfister. }	} Satellites Jovis.

O. A. M. D. G.